

Episcopo habetur pro benedictio, si eam sibi deneget, ut pater ex cap. 1. de Suppl. negli. prelar. Sic in proposito, Papa concedit Minoribus, & Predicatoribus secundum formam Clementine, Dudum jurisdictionem supposita approbatione Ordinariorum: negata sine causa tali approbatione, ipsis sine dubio injuriam facit: quo casu Summus Pontifex ut pater omnium voluit injuriæ satisfactionē dictis Regularibus condonare, ipsis iurisdictionē cōcedendo, & pro approbatis eos habendo. Tum etiam, quia Concilium Tridentinum non videtur voluisse derogare iuri cōmuni, & conciliari: Concilio [inquam] Vienenfi in dicta Clementina contento. §. Si vero, neq; Concilio Lateranensi sub Leone. 10. Sess. 11. quod requirit derogationem expressam Concilij, ad hoc ut illi censeatur derogatum: de quo latē Felinus in cap. No nulli, de Rescrip. Tum tertio, quia expedire iura concordare, ut dicitur cap. Cum expediat de Elect. lib. 6. ut evitetur correctio juris, quoad fieri potest. Et possumus hæc iura commodè concordare dicendo, qd Concilium Tridentinum limitetur per alia duo prædicta ob rationem specialitatis, quæ colligi